UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Praesumptionis species sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

alios, ſub terra ponitur, & ab hominibus, & beſtiis conculcatur. Quarta ſpecies prudentiæ, eſt ſpiritualis. de qua Chriſoſtomus dicit. Eſt ſapientia ſecundum eloquia dei uiuere. Et Iob. Timor domini eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Chriſo. Iob. 28.

Præſumptionis ſpecies ſunt quatuor.

PRima eſt, quando aliquis coram ſuis maioribus, uel æqualibus, ſiue melioribus præſumit, quòd illi non præſumunt. Eccleſiaſticus. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Idem. Adoleſcẽs loquere in cauſa tua uix, ſi interrogatus bis fueris, habet caput tuum reſpõſum. Idem. loqui in medio magnatorum non præſumas, & ubi ſunt ſenes, non multum loquaris. Secunda eſt, quando quis præſumit de quo præſumendum non eſt. Vt cum aliquis præſumit de uiribus ſuis, uel de amicis carnalibus, uel de diuitiis, uel de aliqua gratia. Conſcriptum ſit. Prou. ultimo. Fallax gratia & uana eſt pulcritudo, &c. Fallax gratia ſimulatorum, qui laudem quærunt; et uana eſt pulcritudo, ideſt uanus decor, Ecc. 32 Idẽ. 32. Idẽ. 32. Pro. ultimo.

operis ſtultorum, qui ſe hominibus
oſtentare intendunt. Nõ debet ſuper-
bire de gratia aliqua; quia homo po-
teſt bona naturalia, ſiue accidentalia
habere tam ad malum quàm ad boni
Hier. 17 ſuum. Vnde Hierem. Maledictus ho
mo qui confidit in homine, & ponit
carnem brachium ſuum, & domino re
cedit cor eius. Tertia eſt, quando ali
quis pręſumit ante tempus, ut qui
præſumit de uictoria, qui adhuc eſt
3. Re. 20 in pugna 3. Reg. 20. Ne glorietur ac-
cinctus æquè ut diſcin ctus: & uocat
gloriam accinctum illum qui ad huc
eſt in armis, & in acie, diſcintum ue-
ro qui uictor eſt, iam arma depoſuit.
Ad hanc ſpeciem pertinet quando
quis præſumit de perfectione, qui ad
huc eſt in inchoatione. quantuncun-
que enim quis profecerit, debet pu-
tare ſe incipientem. Sicut Apoſt. qui
Phili. 3 dicebat. Quæ retro ſunt obliuiſcens,
Grego. ad anteriora me extendo. Vnde Gre-
gorius. Si autem à bonis inchoatis
nolumus laſſeſcere, neceſſe eſt ut ſem
per credamus ea nos inchoare. Nemo
ergo de ſe, ante ſe, de opere, nemo de
tempore extollere debet. quia ſi iam
ad fidem uocatus eſt, utrum peren-
ni regno dignus ſit neſcit. Quarta eſt,
quando quis præſumit quod eſt ſuper
uires, ſicut cum præſumit quòd exi-

bit de peccato quando uoluerit, quæ promiſſio multos perdidit. Eccleſiaſticus. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. Vnde Gregorius. Quiſque de ſe minime præſumat. quid enim ſit hodie aſpicimus, ſed quid cras futurum ſit, unuſquiſque neſcimus. Ecc. 29 Grego.

Præſumptio fugienda eſt propter tria.

SEd primo uidendum eſt, quid ſit præſumptio. Præſũptio eſt, quãdo aliquis in cogitatione ſua ratione æqua aliis ſe præponit. Et hæc eſt ſuperbia, quæ uenit ex ignorantia ſui. Vnde Ber. De ignorãtia tua uenit in te ſuperbia; ſic autem ſuperbia parit tibi ignorantiam, cum meliorem quàm ſis, decepta deceptrix tua cogitatio te eſſe mentitur. Quod deceptrix cogitatio talium ſit decepta, poteſt cognoſci per ſigna dicta à quodam Sancto dicente. Signa extollentium ſe in uiribus ſuis, ſunt iſta; Bernar.

Indidignari citò.

Velle ſtatuere propriam uoluntatem.

Litigare in ſermonibus. Quod uitium fugiẽdum eſt propter tria. Primò quia